Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35046
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore

magis esse necessaria ad vitam huma-
nam. Quod quia est passio minime vi-
detur esse principalis, cum sit contra passi-
ones bestiales, quae sunt ignobilis-
sime. Quarto dictum quamvis inter istas
sit ignobilissima, tamen est
summe necessaria propter maximam
pronitatem hominis ad delecta-
tiones tactus, sicut visus est sen-
sus nobilissimus, sed tactus
et gustus magis necessarius. Sed in-
stat fortius de humilitate, quia 2m
b. Gregorium in moralibus est custos
omnium virtutum et radix, ideo vi-
detur esse principalissima et tamen non po-
nitur cardinalis. Respondetur quod ipsa ali-
quomodo ordinatur ad iustitiam dis-
tributivam, sicut et magnanimitas
quae est virtus circa honores.
Sed pendet obiectio de latria
quae videtur in vita humana no-
bilissima et principalissima
cum immediatius ordinet in
ultimum finem. Respondetur quod latria
est nobilissima species ius-
titie distributive, cuius est ho-
norem impendere secundum magni-
tudinem virtutis, et iste honor
exhibetur latria virtute propter
dei infinitam virtutem. Quartus
obicitur contra dicta. Ars est
virtus necessaria ad vitam humanam
et ad nullam istarum consequenter cardina-
lium reducitur, igitur sunt plures.
12° scientia et sapientia viden-
tur necessarie ad bene vivendum

hominis et tamen ad prudentiam
reduci non potest, sed magis e contrario.
13° liberalitas ad nullam
istarum. Aut magnificentia re-
duci potest. 14° quod magnanimitas
et humilitas non pertinet ad is-
tas. Ad primum dicendum quod omnes
artes reducuntur ad legalem
iustitiam, quae imperat eas, illa
enim precipit gymnasia et in-
structiones puerorum etc. Ad
2m dicendum quod liberalitas redu-
citur ad iustitiam distributivam,
quia bene se habet ad alterum, licet
forte non de natura eius speci-
fica. Ad 14m de magnanimita-
te dicendum eodem modo, quia ad iustitiam
distributivam non pertinet dare
honorem unicuique secundum exi-
gentiam virtutis quae est in eo.
Si tamen iustitia sit ad scriptu-
ram, dicitur iustitia metaphorica
et large sumpta, quae est ad scripturas
intelligendum, tamen quod quatuor modis
contingit unam virtutem reduci ad
aliam. Aut sicut species ad suum
genus. Aut sicut regulata ad
suam regulam. Aut ut illa quae
ancillatur reducitur ad illam
quae principatur. Aut sicut illa quae
mensuratur ad suam mensuram.
15° reducit amicitiam ad ius-
titiam, quia Scotus ponit eam no-
bilissimam speciem iustitie, sed
oportet eum loqui large de
iustitia. 16° reducit omnes virtutes